

1525. u. 29. Maii. ^{Prussie} Ea Orig. arch. Regni.

Ordines Ducatus Prussie appro-
bant pacta Sigismundi Regis cum
Alberto Duce De Ducatu, et feudo
Prussie.

52

Nos Albertus Dei gratia Marchio Bran-
deburgensis in Prussia, Stetinensis, Pomera-
nie, Cassubarum, et Sclavorum Dux, Bur-
gravius Norinbergensis, et Princeps Rus-
sie, Salam facimus, quod pro firmam-
da pace, et stabiliendis conditionibus, con-
tractis, quem Mense Aprili presentis
anni Racovie cum Serenissimo Principe
et Domino, Domino Sigismundo Dei gratia
Rege Polonie, Magno Duce Lithuanie,
Rusie, Anniumque terrarum Prussia
Domino et herede, Avunculo nostro
charissimo, et Domino gratiosissimo ini-
vimus, omnes omnium Statuum Ducatus
nostri in Prussia Subditos, et presentem
generalem conventionem convocaverimus,
ut universis indicaremus qua sollicitudi-
ne, quibus mediis, quo respectu pro com-
muni commodo terrarum Prussia, contra-
ctus ille in omnibus suis articulis con-
venerat, qui omnes omnium Statuum
Ducatus in Prussia Subditi nostri cum
gratiarum actione erga Divinam beni-
guitatem cuius commiseratione, tandem
post tot perniciosissima bella pax re-
parata esset, eum contractum uti jacet
et

et conscriptus est, grato et spontaneo a-
nimo in presentia Magnificorum et Se-
nerorum Dominorum Georgii De Bay-
sen Dalatini Marienburgensis, et Me-
wensis Capitanei; Johannis De Wie-
hona in Carnijschijn heredis, Castel-
lani ac Tribuni Floensis et Capitanei
in Brathiam, Necnon Achaui De He-
men Succamerarii Domeranie, Schlucho-
viensis et Stargardiensis Capitanei;
oratorum prefati Serenissimi Domini
Regis et inclyti Regni Polonie, ad
hoc missorum acceptarunt, et corporali
eorum juramento, expressis verbis in hunc
qui sequitur modum corroborarunt, et
approbarunt; Nos promittimus, fatemur
et juramus, Illustrissimo Principi et Do-
mino, Domino Alberto Marchioni
Brandenburgensi in Prussia etc. Duci
uti nostro hereditario Domino, ac sue
Illustritatis, et ejus legitimorum feu-
di heredum, commodum, bonum et
incrementum cognoscemus aut sciemus,
id sue Illustritati, et ejus legitimis feu-
di heredibus semper fideliter mani-
festare et detegere volumus, atque o-
mnino id curare et facere, quod nobis,
et fidelibus Subditis facere convenit,
promittimusque et juramus hanc chri-
stianam pacem et contractum inter
prefatum Serenissimum Principem et
Dominiuum

dominum, Dominum Sigismundum Dei
 gratia Regem, et ejus inclitum regnum
 Polonia, ac nos et Ducatum in Prus-
 sia pro terris Prussia factum in o-
 mnibus suis verbis, punctis, conditio-
 nibus, clausulis, et articulis; secundum
 quod sigillati et laudati sunt, vigo-
 re hujus nostri juramenti, per nos
 et Successores nostros semper et per-
 petuo firmiter et inviolabiliter, obser-
 vare, tenere, et adimplere; ita nos De-
 us adjuvet, et ejus sancta verba E-
 vangelica. Et nos prenominati Regem
 Inelystique Regni Polonia Creatores,
 Significacanus et testamur, quod illu-
 strissimum Principem et Dominum, Do-
 minum Albertum in Prussia Stetinens-
 sem, Lomeranic, Casubarum, Sclavorum,
 que Ducem, Burggravium Norimbergen-
 sem, ac Principem Rugie, juxta vim et
 effectum concordie et contractus prefa-
 ti, auctoritate Majestatis Regie Do-
 mini nostri clementissimi ab hoc
 sufficienter nobis concessa in Ducatum
 Prussia investimus atque corporalem,
 realem, naturalem, et actualem posses-
 sionem, ejusdem Ducatus jure feudi
 sue illustritati, ejusque legitimis feudi
 heredibus, solenniter sicut de jure et
 consuetudine fieri debet vel potest assi-
 gnavimus, et tradidimus coram popu-
 lo

lo universo in conventu generali Du-
catus Prussiae Honigbergi ad hoc cele-
brato, quem populum Ducatus Prussiae
simul etiam uti premissum est, pre-
lecto juramento, jurantem libenti ani-
mo in fidelitatem ipsi Illustrissimo
Duci Alberto, et in integritatem contra-
ctus de concordia coram astantes vidi-
mus et audivimus. In quorum omni-
um et singulorum premissorum fi-
dem et testimonium sigillum nostrum
Ducale, nec non praefatorum regionum
oratorum, et nostrorum consiliariorum
sigilla presentibus subappendi jussimus.
Actum et Datum Honigbergi in Prus-
sia feria secunda proxima post fe-
stum ascensionis Domini, quae erat
Dies viceima nona mensis Maii, an-
no Domini Millesimo quingentesimo
vigesimo quinto.

Albertus Dei
gratia Marchio
Brandenburgensis
In Prussia Dux etc.
manu propria.

Ja Topia przepisana z oryginalu par-
gaminowego, u ktorego wisi pieczęci
cätery na dwiaskach pargaminowych.
Roku 1724. r. 15. Junii.

Ad 1725 anni